5

SEIZE DENIE
SOISSONS

1732
17-12

Anno Domini Millesimo septingentesimo trigesimo secundo, Die vero decima septima Decembris, Coram Venerandis Dominis Decano, Canonicis et Capitulo Insignis Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Virginis Mariæ Noviomensis in suo Capitulari loco legitime et ordinarie Congregatis, Comparens Magister Joannes Tondu acolytus Diæcesis Noviomensis provisus in Curiâ Romanâ de alterâ Ex Capellaniis Sancti Eligii Retro Chorum in Eadem Ecclesiâ sitâ, fundatâ et Deserviri solitâ, vacante per Resignationem Domini Ludovici Christophori Tondu Canonici Confratris Nostri illius ultimi possessoris pacifici in sui favorem in Dictâ Curiâ Romanâ factam et admissam Curâ Magistri Stephani Le Mannier Dictæ Curiæ Romanæ Expeditionarii, petiit Cum Eâ quâ par est Reverentiâ, virtute prædictarum Litterarum Apostolicarum sub Datâ Romæ apud Sanctam Mariam Majorem quarto Calendas Martii, pontificatus Sanctissimi Domini Dni Nostri Clementis Divinâ providentiâ Papæ XII. Anno secundo, et Debitè

Verificatorum, in Capellanum ad dictam Capellaniam
Recipi et admitti, cujus supplicationi benigne annuentes
præfati Domini perlectis dictis Litteris, nec non
Extracto Baptismatis et Litteris Tonsuræ Clericalis,
ipsum virtute præmissorum in Capellanum ad dictam
Capellaniam, factâ prius fidei professione et præstitis
Juramentis assuetis, nec non Constitutionibus summorum
Pontificum super quinque famosis Jansenii propositionibus
ab eodem factâ subscriptione, receperunt et admiserunt,
non tamen approbantes Clausulam in dictâ
provisione Apostolicâ contentam per quam exprimitur
dictam Capellaniam non requirere personalem
Residentiam: Et eadem die post vesperas, et
antequam inciperetur Completorium præfatus Magister
Joannes Tondu fuit per Dominum Cantorem in infimis
sinistræ partis Chori subselliis installatus, præsentibus ibidem
inter alios, Magistris Petro Hery Matriculario Et C
Fournival Capellano Vicario testibus Noviomi degentibus
ad hoc vocatis, rogatis et in originali præsentium subsignatis,
Me etiam ejusdem Capituli secretario subsignato præsente.

Despries

Anno domini millesimo septingentesimo trigesimo secundo die vero decimâ octavâ decembris in congregatione
loco et horâ solitis post missæ celebrationem habitâ, Magister joannes tondu acolythus noviomensis provisus in
curiâ romanâ de capellaniâ alterâ ad altare sancti eligii retro chorum in ecclesiâ cathedrali noviomensi sitâ
fundatâ et deserviri solitâ per resignationem Dñi ludovici-christophori tondu presbiteri dictæque ecclesiæ
canonici illius ultimi possessoris, virtute litterarum suæ receptionis in capitulo per venerandos Dnos decanum
canonicos et capitulum [illegible] insignis ecclesiæ cathedralis b. M. v. noviomensis et installationis in choro, lecto et
approbato actu protestationis dicti Dñi joannis tondu adversus clausulam quam Dñi de capitulo in ejus litteris inserue-
runt his verbis: non tamen approbantes clausulam in dictâ provisione apostolicâ contentam per quam exprimit
dictam capellaniam non requirere personalem residentiam; admissus fuit inter capellanos præstitis prius juramen-
tis a minoribus capellanis præstari solitis et solutis juribus assuetis in cujus rei fidem ego communitatis capellano-
rum secretarius præsentem actum præfato domino dedi anno et die supra notatis. Fl. gressier

Insinué et contrôlé à noyon le 20. xbre 1732.
Pelleton [illegible]

Reçu 4 l. 10 s. [illegible]
[illegible]

Société d'Histoire et d'Archéologie de

Société d'Histoire et d'Archéologie de Senlis